1

1574. 30. Luglio.

Ordinazione a favore di Gio. Domenico Lonati in concorso degli Utenti dell'Olona, colla quale si dichiara, che, attesa l'introduzione di once 12., e punti 8. d'Acqua, che prima non scorrevano nell'Olona, fatta dallo stesso Lonati, essere al med.° facoltativo, e a' suoi Eredi di estrarne otto once in quel Luogo, o Luoghi benevisi, e di disporne a piacere a norma della concessione avutane dal Governo, e perciò poter tenere una o più Bocche aperte nelle rive dello stesso Fiume, colla condizione però che mancando in qualunque tempo le d.e Acque dall'entrare nel Fiume, il Lonati, e Chiunque altro da lui dipendente debba restar privo del godimento delle med.e; Le altre poi quattro once, e punti otto accresciute nel Fiume dover rimanere a beneficio del Reg.° Fisco, e degli Utenti.

Millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, Indictione secunda, die Veneris trigesimo Mensis Julii hora vigesima vel circa.

Illustris Juris Consultus Regius Ducalis Senator Dominus Hieronijmus Montius Fluminis Olonæ Præfectus, ac Delegatus per Litteras concessionis, et facultatis obtentæ ff infrastum Nob: Dnum Joannem Dominicum Lonatum ab Illmo, et Exmo Locum Tenente Majestatis Regiæ, et Catholicæ in Senatu Mtri qui prius vidit Litteras ipsas tam concessionis, quam approbationis, coram eo præsentatas per præf.[m] Lonatum, nec non petitionem pro earum exequutione, juxta mentem præfati Exmi Locum Tenentis, ac Senatus pariter factam per eum Lonatum una cum exceptionibus Regii Duc: Fisci, ac ellectionem Peritorum factam per eum Ill. Delegatum, qui visitavent Loca, a quibus ipse Lonatus Aquas introducere intendebat in d.o Fluvio, prout in d.a Concessione pref. Exmi Locum Tenentis, et alia facerent, prout in ipsa ellectione, et qui visitavit Loca ipsa ad præsentiam præfator. Ingenieriorum, ac Commissarii, Campanionumque d.ti Flumi.; Item qui vidit Relationem ei Ill. Montio factam per præfatos Ingenieros, et productam per eum Lonatum, nec non et aliam ellectionem factam per Illustr. Delegatum prædictor. Peritorum ad præsentiam Fisci visitavent Loca ipsa prius visitata, et Aquas introductas in d.o alveo, per dictum Lonatum, easque mensuravent, et ei Ill.ri Montio refferent. Hec Relationem factam per eos Ingenieros de

ipsa Visitatione, et mensuratione factis ad fisci, ac Domini Commissarii d.ti Flum.is, Campanionumque præsentiam in executione d.æ ellectionis, ex qua apparet d.um Lonatum introduxisse untias duodecim Aquarum in d.o Flumine, quæ non prius decurrebant in eo Flumine productam per præfatum Lonatum; Item exceptiones per nonnullos ex Utentibus Aquis d.ti Flum.is contra prædicta propositas, et in eis deducta; Item Litteras Regias Ducales datas ad supplicationem præfati Lonati ac earum productionem, et proclamationes factas in executione dictarum Litterarum mandato præfati Ill.mi Præfecti, quibus citati fuere omnes Utentes, vel jus prætendentes in Aquis d.ti Flum.is, et termino in eis præfixo allegarent, et deducerent quid quid velint contra petita per præf.m Lonatum, et alio termino pariter in eis præfixo probarentur, ac Relationem publicationis d.ti Proclamatis; Item Litteras Regias, et Ducales datas ad preces omnium Utentium Aquis d.ti Flum.is, et responsa præf.i Lonati, et utrinque replicata præsentatas coram præfato Ill. Montio, ac ipsas preces, responsa, et replicata, ipsamque præsentationem, nec non exceptiones per nonnullos ex dictis Utentibus exinde factas, et propositas, ac replicationa præf.i Lonati; Item ellectionem per eum Ill. Montium factam, sic instantibus ipsis Utentibus de Domino Joanne Jacobo Sildato ex Ingenieriis Consedentibus Ingenieriorum exhibitam per eos Utentes, qui d.as Aquas iterum mensurari

rent, et refervet. Item relationem ipsius Visitationis, et mensurationis factam ab eo Ingeniero sev. sev. qui reperuit eas aquas esse in quantitate ontiarum duodecim, et punctorum octo, ac ejus Relationis præsentationem, et demum Relationem Citationis perhemptoriæ postremo loco contra præfatos Utentes, et Prætendentes jus ut supra ad formam dictarum Litterarum, ac relationem ipsius citationis perhemptoriæ emanatæ Regiis Ducalibus Fiscalibus, ac omnibus Utentibus Aquis d.ti Flum.is per publica proclama ad formam Litterarum Regiarum Ducalium, nec non Domino Carolo Mirabiliæ, Mag.co D.no Christophoro Junio, Bernardo Mombello preces, responsa, et replicata, ipsamque præsentationem, nec non exceptiones per nonnullos ex d.is Utentibus exinde factas, et propositas, ac replicatione præfati Lonati. Item electionem per eum Ill. Montium factam, sic instantibus ipsis Utentibus de Domino Joanne Jacobo Soldato et Ingenieriis Confidentibus Ingenieriorum exhibitorum per eos Utentes, qui dictas Aquas iterum mensuraret, et referret; Item relationem ipsius visitationis et mensurationis factam ab eo Ingeniero Senatus sero; qui reperuit d.as Aquas esse in quantitatem ontiarum duodecim, et punctorum octo, ac ejus relationis præsentationem, et demum relationem Citationis perhemptoriæ postremo loco contra præfatos Utentes, et Prætendentes jus ut supra ad formam dictarum Litterarum

ac relationem ipsius Citationis perhemptoriæ emanatæ DD. Fiscalibus, ac omnibus Utentibus Aquis dicti Flum.ⁱˢ per publica proclama ad formam Litterarum Regiarum Ducalium, nec non D.no Carolo Mirabiliæ, Mag.co D.no Cristophoro Junio, Bernardo Mombello, et Gaspari Borrono et dictis Utentibus, et qui suis, et nomine aliorum Utentium compaurerunt, et de quibus omnibus in Actis præfati Ill. Delegati, et qui vidit omnia alia videnda, et accurate rem totam investigavit, et plene cognoscere studuit, eiusque omni qua potuit diligentia fuit, ne aliqua fraus in dicto negotio exequendo committeretur ad formam dictarum Litterarum præfati Excellent.mi Locumtenentis, et ne tum in aquarum dictarum introductione fraus aliqua in privatorum, aut publici juris fieret, et demum consideranda consideravit, sic instante præfato Nob. D.no Joanne Dominico Lonato, cum reservatione et tenore præsentium

Ordinavit, et ordinat, declaravit, et declarat stante memorata introductione in dicto Flumine Olonæ untiarum duodecim, et punctorum octo aquarum quæ antea in dicto Flumine non defluerent, et aquas dicti Fluminis in dicta quantitate augeant, de qua fit attestatio in dictis geminatis relationibus diversorum Ingenieriorum, propterea dimissa tertia parte earum untiarum duodecim, et punctorum octo aquarum in dicto Flumine ad beneficium Fisci, et Utentium

tium Aquis ejus Fluminis, prout ipse Lona-
tus. obtulit, et etiam ad formam dictæ Con-
cessionis licere præfato Lonato, et quibuscum-
que aliis habituris ab eo causam extrahe-
re, seu extrahi facere ex dicto Flumine tan-
tummodo untias octo Aquarum in eo Loco,
seu Locis, prout ei, vel ab eo causam habi-
turis videbitur, et de eis disponere ad sui libitu,
et in omnibus, et per omnia juxta formam
dictæ Concessionis præfati Excellentissimi Lo-
cum Tenentis, et proinde buccam, seu buccas
aperire, et apertas tenere in ripis dicti Flumi-
nis, cum ea semper conditione, et non aliter
quod quotiescumque dictæ aquæ sic ut supra
introductæ desinerent decurrere in ipsum
Flumen, quod ipse Lonatus, vel ab eo causam
habituri, qui ab ipsa introducenda destite-
rint, vel destitent, pariter dictæ aquæ extra-
hende beneficio careant, vel careat et in
omnibus juxta formam, et dispositionem
dictarum Litterarum, et Concessionis

Signatæ. Montius.

Præsente præfato Dno Dominico Lonato, ac accep-
tante, et gratias agente de bona justitia &

Subscriptæ. Joannes Bapta Bissus publicus Mtni,
ac Cancellarius præfati M. S. C. D. Montii
Reg. Duc. Senatoris subscriptæ, et in actis
est &

Sic adservatur in Reg. Cameralium Fiscalium
ac Feudalium Rerum Tabulario penes

Gubernium Generale Longobardiæ Austriacæ. Mediolani VIII. Aprilis MDCCLXXXIII.

Firmat. J. C. Bartholomæus Sambrunico Reg.s a Secretis, et Præfectus

In Calce = Exam.t Antonius Novina Coadiutor.

Cum Copia auth.ca mihi exhibita, mox exhibenti restituta, præsentem Copiam fideliter concordare attestor

Ego J. C. Fran.cus Cajmetti de Coll.o altm.s Notarius

1574. 26. Aprile

Ordinazione, colla quale si elegge l'Ingegnere Gio: Giacomo Soldati a misurare, e riconoscere le Acque introdotte in aumento dell'Olona da Gio: Domenico Lonati, portandosi sul Luogo nel prossimo Giugno, o in altro tempo opportuno, riferendone il risultato, onde dar corso all'istanza in concorso degli Utenti.

Philippus Hispaniarum & Rex, et Mediolani Dux &

Dilectissime Noster = Lectis in Senatu Nostro oblatis Precibus Utentium Aquis Olonę, et Responsis Jo: Dominici Lonati, cum hinc inde replicatis, Censuit is Ordo partes Juribus suis uti debere, vos vero monendos esse, ut advertatis ne tamen in aquarum ipsarum introductione, quam eductione fraus aliqua in privatorum aut publici Juris prejudicium fiat, sic igitur exequemini = Datum Mediolani die sexto Aprilis MDLXXIIII signat. Oct.' Rob.' = A tergo = Spectabili Jureconsulto Domino Hieronijmo Monti Senatori Nostro Dilectissimo, et sigillat.

Serenissime Rex = Dominicus Lonatus volens cum aliena Jactura locupletari, exposuit M. D. velle introducere, et augere certam quantitatem Aquarum in Flumine Olonę, si ei concederetur, ut duas ex tribus partibus aquarum introducendarum posset quo vellet ad sui commodum extrahere, et deducere, sub falso pretextu quod fuisset etiam ad utilitatem publicam factum quod, cum prima facie visum fuerit utile, facile ei indultum fuit, non vocatis fidissimis Majestatis Vestrę Servitoribus Utentibus Domino Petro Antonio Mariano, et Scipione Simonetta Senatore, et aliis Consortibus, quare hujusmodi concessione subrepta, non vocatis vocandis, dictus Lonatus curavit si-

militer

militer non vocatis prędictis Supplicantibus, de quibus maximo agitur prejuditio, sed tantum vocato Fisco, de cujus modico, et non principali interesse tractatur ut pp Ingenierios Cameręe, et Fiscum Loca visitarentur, et quibus in dictum Flumen Aquas introducere intendebat, et Aquas ex his Locis in dictum Flumen defluentes mensurare, et quantitatem pp eam augendo dignosceretur, quod nullatenus fuit concedendum, nisi prius vocatis Supplicantibus, qui de negotio possent Fiscum, et Illustrissimum Dominum Montium d.ti Flum.is prefectum edocere, et in rem presentem simul accedere, deinde facta dictorum Locorum visitatione, et Aquarum mensura ex quorum relatione constat quod pmi non nulle Aquę ex dictis Locis in ipsum Flumen defluebant, dictus Lonatus prout asserit fecit excavare, seu evacuare non nulla fossa seu cavo, ex quibus presupponit introduxisse onzias duodecim Aquarum in dictum Flumen, sicque etiam, non vocatis Supplicantibus, curavit visitari, et mensurari dictas Aquas per Ingenierios et hoc in Mense Aprilis, in quo ut notorium est omnes Aquę superabundant, qui Ingenierios videtur retulisse onzias duodecim Aquarum fuisse per dictum Lonatum in flumen ipsum introductas ex diversis cavis per eum factis, et modo cum tentaverit esse concedendum ut liceret juxta subreptam concessionem extrahere onzias octo Aquarum a dicto Flumine detecta fuerunt ejus stratagemata